Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift

ceptum est ut abscederet. aliq; qui nouus habitator
accederet locum duret Hec plane de mira eius
dem videlicet beatissimi Benedicti discipuli car
mine venusto ideo deflorauimus. quia in ve
nerandi gregoriana historia minime reperim⁹
Nuper eadem iuxta prefatum cassini montis re
nobium satis insigne miraculum contigit. q̃d
non abre fieri credimus/si ad eius qui mirabi
lis est in sanctis suis gloriam referamus A pri
cipio fere may mensis/usq; ad quintũ diem
kalendarũ augusti. vix aliquando pluuialis
imber tenuissime saltem squalencia rura riga
rat Cunq; omnis tellus arescẽt/et ferueneius
solito mũdus ignei cuumatis ardoribus estua
ret. die quo p̃diximus/rusticis quidã ut ubẽs
puentus suis noualibus prouideret. et postq̃ se
getes messuit. mox stipulas que remanserant
igne succendit. repente uero flama seuiens/to
ta vndiq; uersus arua corripuit. et non conten
ta palearum culmis. sed et siluas et saltus/et
quecq; fuerant obuia globis furenabus cõfla
grauit Cunq; ad id peruentum esset. ut que
libet adiacencia monasterio iamiamq; pene
ignis lingua prolamberet. et non iam dubi
us loco sancto interitus immineret. subito
in aeris uastitate nubecula breuis valde et
exilis apparuit. moxq; paulatim in amplioa